



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

8. Quando non jejuno licet communicare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

lib. 1. c. 36. Vsq. de Euch. disp. 2.1. c. 3. num. 30. Hurtad. de Euch. disp. 9. diff. 15. Violant tamen si deglutiantur ex indolentia. Sic idem, quia sic æquivalent commestioni, & palatium facit, quod non hoc die: sed hesternum assumptum fuerit, dummodo comedatur: quo pacto, propter eandem rationem, etiam violatur jejuniū à faciente, seu tabellis, ut ostendit, etiam violatur, possis in ore vesperi ante ad comedendum averterendam, postis in ore vesperi ante cibum, sed quæ post mediam noctem liquefiant, & trahantur in stomachum. Ita Delugo n. 26. & 27. Aliqui docent per prædictas cibi reliquias nunquam violati jejunium: quod sanè, Alterum propter autoritatem extrinsecam non ignobilium Doctorum non est in probabilem, Henriq. Ioan. à Cruce, Diana, Suarez, Rodriq. Coninch. alique. Id quod, ne ad prædictas tabellas extendas velim: quia in his, cum voluntariè assumptæ fuerint, magis clarè apparet ratio comeditionis.

26. Denique, Aromata in ore tenere, immo; & contere, ut frequenter fit in Masticæ, & in Tabacco ad confortandum caput, vel ad phlegmaticum humorem evacuantem, si non deglutiantur, non nocent jejuniū. Sic Bonac. in Sacram. disp. 4. q. 6. p. 2. n. 9. quia eiusmodi actio comestio nullatenus est. Quod si aliquid ex his descendat cum saliva, ut semper evenire oportet cum cohiberi non possit, quin descendat saliva illius aromatis affusa, non affert impedimentum jejuniū. Ita Tannerus, n. 4. disp. 3. q. 8. art. 8. not. 1. liquidem, non est per modum cibi, vel potus, sed per modum salivæ seu commestionis cum saliva. Illud, quod aliquis addit, quod videlicet si dum prædicta aromata in ore quis voluit granum aliquod casu in stomachum descendat, non solvatur jejuniū, multo difficile est: quia hoc est verum, licet non soluta, comestio. Neque eadem est ratio de musca in os volitante, & casu deglutiente: hæc enim actio nullo modo est comestio, sed respiratio: cum granum illud in ore contritum volutatum, & in stomachum, quamvis contra voluntatem trahatur, comestio sit, & non sola respiratio, ut de decedente in flumen, & aquam involuntariè deglutiente diximus n. 24.

An somnus, vel cibus digestus requirantur ante Communionem.

27. Duo denique advertit. Primò minime requiri, quod post cibum, ante mediam noctem assumptum, homo dormierit, vel cibum digesserit: hæc enim non sunt in præcepto. Sic Delugo ibid. n. 39. Ex quo olim copiosius ostendit, qui ceterum non infirmus, maximam tamen famam facile patiebatur, nec sese cohibere per quatuor horas sine cibo poterat: consului, inquam, ut antedixi, ante mediam noctem se cibo efficeret, & antequam illæ horæ elaberentur, quamvis nondum digesto cibo, rite communicaret.

De Tempore, quo violatur jejuniū naturale.

28. Adverte Secundo, tempus, quo jejuniū, de quo agimus, violatur esse quando quid comeditur, vel bibitur post mediam noctem, quæ per horologium mediam noctem notans significatur per primum pulsum campanæ. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. num. 40. Delugo disp. 13. de Euch. sect. 2. n. 27. & 40. & (si tale horologium quadrantes ante horarum pulsum notat) per primum pulsum primi quadrantis: tunc enim notatur incipere dies sequens. Unde, si fortè tunc es in actu bibendi, & prosequaris post dictum primum pulsum; iam naturale jejuniū violasti. Nec enim sequor unum, aut alterum dicentes, initium sequentis diei incipere post ultimum prædictæ campanæ pulsum. Consultò dixi per Horologium mediam noctem signans. Nam communia apud nos Italice horologia, eiusmodi nequaquam sunt, solent enim per sonitum notare diei, noctisque tempus

ferè simihora post exactum Solis evolutis cuspem. Unde fit, ut hæc à nobis in re nostra, & in notatione meridiei sit detrahenda. Si V. G. in nocte vel die æquinoctij Horologium Italicum det signum sex horarum, media nox; vel merities: vere in nostris Regionibus erit hora Italica quinta cum dimidia: Vnde ea nocte non poterit amplius frangi jejuniū à communicato die sequenti: id ipsum si negavit, si observari mandavit Missale Romanum editum ab Innocentio X. anno 1647. In Instructione pro hac re, & similibus posita initio eiusdem Missalis, ut merito sic adverterit Gavanti in Rubr. Missal. p. 5. in fine Tabul. meridiæ, & media noctis [Monet idem Theodosius, quod Horologia Italica sonant Horas tardius quam indicent Horologia Solaria, quandoque per quadrantem Horæ, quandoque per dimidiam horam, & ideo detrahenda erit illa quantitas horæ.] Aliqua hac pertinentia colliges ex dictis à nobis lib. in Decal. c. 5. §. 5. ubi de Jejuniō Ecclesiastico.

§. VII. De dubitante an solverit Jejuniū naturale, Vbi de diversitate Horologiorum.

29. Si dubitas, an sis jejunos, ex eo quia nescis comedisse, an non: communicare tibi conceditur. Ita Laym. lib. 1. tr. 1. c. 5. §. 4. num. 36. Delugo disp. 15. de Euch. sect. 2. n. 42. & 43. 10. Sanchez in disp. 41. num. 9. At si certus quod comederis, dubitas num comestio fuerit ante mediam noctem, an post illam: non conceditur. Ita Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 41. n. 40. Delugo citans Fag. in præc. Eccl. 3. lib. 3. cap. 5. num. 18. Ratio est, quia hic est possessio pro præcepto: ibi pro tua libertate.

Sed aliquos in utroque casu concedere Communionem, quia in utroque putant stari debere pro libertate communicandi: & sane propter autoritatem horum Doctorum, probabile id existimandum est. Sic Laym. l. c. Baun. Actor casuum Botton. quibus adde Diana p. 3. tr. 4. ref. 29. Io. Sanch. in sel. disp. 42. cit. Adde, posse defendi, libertatem esse prædictum præcepto, atque adeo debere prævalere.

30. Dixi (si dubitas) nam si sunt plura horologia, si constet esse falsa, potes quodlibet sequi: Ita Delugo cit. num. 45. quamvis id neget Merolla, & Salas apud Dianam p. 4. trall. 3. ref. 19. tunc enim non dubitas, sed habes probabilitatem (quam illud tale horologium tibi facit) non fuisse mediam noctem quando comedisti, quia non fuerat datum signum ultimi horologii. Licet autem cuique facere id quod probabile est, communis est sententia Doctorum. Lege Caltr. tom. 1. disp. 2. de cons. part. 2.

§. VIII. Quando non jejuno licet communicare.

31. In aliquibus casibus id licet. Primo instante morte pro Viatico: id quod satis sit hic innuisse: nam cetera, quæ ad id spectant, dicemus infra proprio in loco c. 5. præsertim §. 10.

32. Secundo Sacerdoti, etiam ad dandum Viaticum ateri moribundo licere non jejuno celebrare, si nec adsint aliæ particulæ consecratae, doceat plures, plurimi vero negant, utique probabiliter, apud Delugo disp. 15. de Euch. sect. 3. num. 67. illi, quia, judicant præceptum de jejuniō, ante Communionem, non esse ita rigide latum ab Ecclesia, ut velit moriturum relinquere sine Viatico: hi, quia putant satis esse, si concedatur ipsi infirmo tale privilegium, non verò aliis, propter ipsum.

33. Tertiò, propter scandalum, vel infamiam. Sic aliqui apud Præp. in 2. p. q. 80. art. 8. dub. 2. n. 49. Unde qui stat ad altare ante linteam, recordaturque se non esse jejunos, si discedere sine infamiae nota non potest, commu-

communicare poterit. Ratio est, quia præcepta huma-
na cum tanto rigore obligare non solent: nam propter
eandem rationem, si Sacerdos in Altari ante consecra-
tionem se similiter non esse jejunum recordatur, si si-
ne nota non potest (quam ratio effugere valet, ut dixi-
mus c. precedenti, §. 6. n. 35.) prosequi, Sacrificium pote-
rit. Sic Suarez de Euch. disp. 18. sect. 6. fin. Vasq. de Euch.
disp. 211. num. 28. Dico ante consecrationem: nam si
postea nullo modo, etiam non instante infamia, po-
test discedere, cum sacrificium inchoatum perficere
oporteat.

34. Quartò Sacerdos, si in Calice, pro vino posuit aquam, vel acetum, idque post ejus sumptionem cognovít: potest, immo debet, ad sacrificium perficiendum, iterum consecrare, vel vinum tantum, *us in Missali Pij V. de defectib. in Missa occur. ex D. Th. 3. p. q. 83. art. 6. ad quartum, vel aliam item Hostiam, & vinum ut in Missali. Clementis VII. ibid. ex Scot in q. 4. dist. 8. q. 3. ac sumere: Si talem defectum cognoscit, dum habet in ore illam aquam, vel acetum illud; non obligo ea ab ore projicere: Sic Delugo *disp. 15. f. 75. q. 5. quia esset irreverentia, & fortè periculum proiciendi aliqua quod fragmentum assumptæ Hostiæ. Degloriat igitur, & postea, posito iterum vino, consecrat, ut dictum est.**

Quid in dubio, an sit acetum? Respondeo, si in tale dubium incidas post summationem Calicis, teneas fuisse vinum: quia possidet substantia vini, & pro ipso est præsumendum. Idem puto si dubium advertas post consecrationem, ne sine bono fundamento turbetur Sacrificium ejusque ordo, & ex alia parte jam possidet substantia vini. At si dubites ante consecrationem vel depocere debes dubium vel mutare vinum: ne exponas te periculo non consecrandi. Quod si non invenitur aliud vinum, vel non nisi difficillimè, si non est inceptus Canon, desistas: si est inceptus, præsumas esse vinum, & progredieris: nam tunc, cum prope censetur incepta substantia Sacrificij; melius est deposito dubio illud perficere, quam incompletum sine dubio & cerò pati. Acetum autem illud (si potè aliquod superfuerit) vel sumas post summationem corporis, & sanguinis, vel alicubi reverenter serves, stupra, seu linteolo imbibitum, donec ficeat, quando erit comburendum, & in saceratium proiciendum. Immo si fuerit cerò acetum, poterit alij sumendum tradi. Ita in *rub. Missalis de defectu panis*, n. 5.

35. Quinto, idem Sacerdos si post assumptam ablu-
tionem, advertit in patena fragmentum fidei Sacrificij, si ve
parvum, si ve magnum adesse, illud, quamvis non sit
jejunus, sumat: quia pertinet ad idem Sacrificium. Ita
Sylvestr. *V. Ench.* 3, §. 8. Idem dic si advertat, finita Missa,
immo, & postquam alios, licet multos, communica-
verit, fed in eodem altari. Sic Delugo *dit. disp.* 15, n. 22.
Quid autem si advertat in Sacrificia? Non potest sumere:
Sic idem *ibid.* quia jam penitus est absolutum Sacrifi-
cium. Nec tamen est improbabile ex Granad. in 3, p.
cont. 6, r. 10, *disp.* 8, n. 21. quod possit, si nondum vesti-
bus factis est spoliatus: quia adhuc iudicatur non ab-
solvisse realiter Sacrificium. Dixi fragmentum fidei sacrifi-
cij, nam si sit fragmentum ex alio sacrificio; nunquam
potest sumere, post abluionem: quia cessat prædicta ratio.
Quid igitur de illo sit, ut etiam de illo invento, post
spoliatus sacras vestes in Sacrificia.

36. Respondeo cum distinctione ex *Fag. præc. Eccl. 3. lib. 3. c. 5. m. 30.* Si in illa Ecclesia servatur Sanctissimum Sacramentum, vel si post Missam à te celebratam, sit alius Sacerdos celebraturus; illud fragmentum detur consumendum huic Sacerdoti, vel servetur in pixide; seu in Calice superposita Patena. Si aliquid ex his sine irreverentia haberi non potest: assumat ipsemet Sacerdos etiam si non jejunius sit. Ratio est, quia sic nunc dicitur reverentia, ut potius fumatur à non jejunio, quam irreverenter quocunque in loco servetur. Laico, qui jam communicavit nullo modo est danda, saltem

cum intervallo, quia sic bis communicaret: dicitur negat po-
tem tunc poterit communicaturo simul cum alio necessi,
tacula: quia tunc est una moraliter communi ex co-
ibid. 11.

37. Quod dictum est, si adest sacrificium debet eodem fuviri, vel si adest Sacerdos sacrificium debet eodem dari fragmentum inventum alterius cuj, intelligit merito Fagendz 1. Eed. praep. lib. c. 18. n. 2. si praedictum fragmentum sit vel intesticula, vel notabile, & grandiosculum: nam si vltim: probabilissimum est, posse non jryano dari, post ablutionem, cum adhuc est in Altari m. Ratio est, quia talia parva fragmenta facile duntur & major reverentia erit, si assumentur a novo Sacerdote, quam si cum tali periculo in sacro conserventur, vel, cum eodem periculo dentur Sacerdoti sacrificaturo, Ita Fag. n. 3. citans Hening. V. fert, quod potest Sacerdos sine ulla scrupulo Purificare, & sumere reliquias illius, dum est in Altari post ablutionem, si ante ex inadvertentia non pravit, reputatur enim id totum una sacrificij motivum sumptio.

38. Siste autem hic paulisper (amice lector) in m. 1. 6. de fragmento proprii sacrificij dicta sunt ea S. Henrici Pag. Bowac citati à March. mox citando alia que doctrina probabiliorè dicta sunt. Cæterum, cum rñs de ord. r. 3. p. c. 3. n. 19. contendit etiã reliquias sacrificij sive minimas, sive grandiores, etiam Sacerdotem sumere, si eas adverteat altari, fuit illa fã, etiam post multos communicatos. Ratio, quia quum mihi videtur probabilis & tuta hæc opinio, quod vis Marchinus huius rationis vix meminerit, etiam diversitas ministri, & sacrificij non videtur oblatum omnes sint Christi ministri, unumque sit veluti sacrificium. Et sicuti Jesus Sacerdos potest fuisse altarium à se consecratum, & simul aliam præconsecratum ab alio Sacerdote, atque adeo non sui sacrificij, sed nobis concedimus, idque ob illam rationem, quia de Christi minister, eadem Eucharistia; ita, ob eandem rationem poterit sumere reliquias consecrate post se sãm. Nam eo ipso, quod sint consecrate à ministro Christi, habent relationem ad quemcumque Sacerdotem qui pariter est minister Christi, & potest dicta reliquias sacrificij cuiuscunque Sacerdotis, cum sit legitime continentes eundem Christum. Non potest autem ab Sacerdote Hostiam grandem, seu Particulam integram consecratam advertere reliquam sumere post dedicationem: quia quamvis sit sui sacrificij, eundem Christum continens: non est tamen materialiter illa quia seu fragmentum: ad solas enim reliquias frangendas, sive parvas, ex usu Ecclesiæ, & omnium Sacerdotum præxi extenditur illa facultas ea sumendi post ablutionem.

39. Confirmat Marchinus eandem suam sententiam. Primum quia sic auditur praticari in multis Religionibus eximix doctores; & sanctitates. Secundum, quia difficile est recte scire, an illa reliquia inventa post abolitionem sint ex præconsecratis ab alio, vel à se ipso: præsumptum in Patena, vel Calice reperitur etiam particula consecrata ab alio. Tertio in die Paralysiarum assumptionem ablutionis, Sacerdos consumit reliquias præconsecratis die præcedenti, si quæ in Patena, & Calice remaneant: ergo idem licebit omni tempore. Hæc ille.

40. Hinc collige eam necessitatem asserendi solum
culum fragmentum in Sacratio, dictam n. 36. Colo-
bere intelligi de tali fragmento sive sui, sive alieni Sa-
crificij, invento post Ipsolatas sacras velles. Nam frag-
mentum ejusmodi inventum in Alatri sive suis, sive
Sacrificij, potest, ut dictum est, ex hac Marchini po-
tibili sententia, assumi à Sacerdote in prædicto Alatri
post finitam Missam, mulroque communicatis. Alatri
fragmentum sive sui, sive alieni Sacrificij inventum in
Sacrificia ante Ipsolatas sacras velles, idem Marchi-

verit Delugo ibid. nec ipse dispensare solet. Recte autem dictum est (solet) siquidem dispensasse aliquando, nempe Imperatori Carolo V. tradit Famianus Strada de Bello Belgico lib. 1. dec. 1.

§. 1 X. De communione in azymo, & in fermentato.

1. Cum certum sit, & fuscè à Theologis probatum, azymum, cum fermentatum panem esse materiam consecretibilem, quoad validitatem Sacramenti: Græcam verò Ecclesiam in fermentato Latinam in azymo ritè consecrare; atque adeo Fideles utriusque Ecclesiæ suo quemque ritu sacram Eucharistiam sumere consueverunt; Ita S. Th. 3. p. q. 74. art. 4. & ibid. Euch. Theologi Suar. de Disp. 43. sect. 3. Laym. lib. 5. tr. 4. c. 2. num. 4. alique aliqua quæ possunt in praxi occurrere, operæ pretium est explicare præsertim nobis in Sicilia scribentibus, ubi multi (etiam integra Oppida) sub Græco ritu catholice vivunt. Id, quod tamen, ut distinctius explicetur altius est repetenda disputatio, nimirum ab ipso ritu consecrandi in azymo, vel fermentato, ut facilius ad Communionem in iisdem explicandam, quæ ad nos pertinet, accedamus.

An Sacerdos celebrare debeat in azymo, vel fermentato.

1. Certum est primò, ex necessitate præcepti à quolibet Sacerdote, juxta propriam Ecclesiæ consuetudinem, hoc est, à Græco in Græca Ecclesia fermentatum; à Latino in Latina Ecclesia azymum assumi debere ad consecrandum: si secus fiat, peccari mortaliter. Sic S. Th. Suar. Layman. citati, alique mox citandi. Ratio est sensus Ecclesiæ semper consuetudinem hanc gravissimam in utroque respectu ritû judicantis. Adde Concilij Florentini in litteris unionis, auctoritatem. Adde & Pij V. constitutionem 12. ibi: ne Græci Latino more, & Latini Græco ritu Missas, & alia divina officia celebrent.

2. Hinc infert Suarez de Euch. disp. 44. sect. 3. in fine. & Layman. l. 5. tr. 4. c. 2. num. 4. neque in casu necessitatis dandi ægroto Viaticum, quando deest materia proprii ritus, & suppetit alia, licitum esse Græco in azymo, Latino in fermentato consecrare; Ratio est quia ad Ecclesiæ majestatem, tantique mysterij reverentiam spectat ut non nisi servatis Ecclesiarum antiquis ritibus, qui gravissimi, & strictissimi juris semper judicati sunt (quales est hic sine controversia) conticiatur. Neque enim propter necessitates privatas debent publicæ, & universales gravesque consuetudines negligi. Bonum igitur Religionis publicum debet præferri bono spirituali particulari moribundi: multo magis, quia Eucharistiæ sumptio non est ita absolute necessaria ad salutem, sicuti Pœnitentia & Baptismus.

3. Quid si aliud sacramentum talis infirmus, v. g. Pœnitentiam habere non poterit, ita ut credatur posse ex probabili sententia 1. §. 1. n. 2. judicari ponendum in gratia per receptionem Eucharistiæ? Respondet, neque esse puto permittendum; quia non est aperienda via ad tam gravem consuetudinem deferendam: nam sic etiam aperiatur via ad faciendum sacrum in simili necessitate, sine ullis vestibus, sub vespas, in una tantum specie, imò & consecrare sine Missa, &c. Imputet igitur sibi infirmus, si nolit (cum Dei gratia semper præsto sit) sese conterere, & sic justificari. In tanta necessitate inclinarem ad id, ad quod etiam, pro ordinario Viatico, videtur inclinare Suarez dicta sect. 3. sine, ut nimirum possit Græcus in Ecclesia Græca celebrare in azymo, non vero Latinus in fermentato. Ratio est quia minus est recedere à consuetudine patris, quam à consuetudine capitis: Quoniam ergo Græcus recederet à more Ecclesiæ Græcæ, quæ est membrum, seu pars: Latinus verò more Ecclesiæ Latinæ, quæ est caput; videtur Græcus posse excusari in tanta necessitate ad consecrandum in azymo, non verò Latino in fermentato.

G. 5. Certum

Vel sermo est de fragmento tui Sacrificij, sive magno, sive parvo, à te invento post assumptam abluentionem, & hoc sumere licet potes. Primo statim. Secundo etiam post Missa (licet multis Sacras particulas porrexeris) in altari. Tertio, etiam probabiliter in Sacrificijs antequam vestibus spoliaris.

Vel sermo est de eodem fragmento ex alieno sacrificio, hoc potes ex probabili opinione. Primo, eodem modo statim. Secundo eodem modo finita Missa, etiam post multos communicatos dum es in Altari. At Tertio, non potes in Sacrificia quamvis nondum spoliatus sacris vestibus fieri. An vero possis etiam tunc hæc fragmenta ex alieno sacrificio sumere, considerandum relinquo.

Semper autem loquimur de fragmento, sive parvo, sive magno, nunquam enim potest à non jejuno sumi, nec hostia grandis, nec particula integra: addo nec integræ mortaliter æquivalens quia dicta licentia solum conceditur pro reliquis Sacrificijs, &c.

41. Potest sexto à non jejuno sacra Eucharistia sumi, quoties id debita Christo reverentia requiritur. Hinc si ritetur ab Hæreticis conculcanda, ut supra dixi c. 1. n. 76. vel ab animali bruto comedenda, vel aliquo modo commoranda vel quid simile; satius erit à non jejuno Fidei absumi, quam talia permitti.

42. Septimo huc reduci potest quando Sacerdos advenit particulam Hostiæ infusam in Calice ipsi Calicis habisse, nec cum vino consecrato simul ebibisse: tunc enim vel potest digito ad labrum Calicis adducere, vel melius propter majorem decentiam, potest semel, bis, tert, & quoties opus fuerit infundere vinum purificationis, ex Sag. 3. Eccl. præc. lib. 3. c. 6. n. 4. & simul cum illo absumere, quamvis timeatur, vel occurrat prius descendere in hominem vinum illud quam Sacram Hostiam. Vide Delugo de Euch. disp. 15. sect. 4. n. 79.

43. Simile quid licet in laicis infirmis, quibus, post sumptam particulam, simul cum abluentione, vel paulo post, licebit reliquias Sacramenti inventas in Calice, vel quædam tradere, ut de praxi timoratorum testatur Martellianus tr. 3. p. 3. c. 3. 18 Ratio esse potest, quia cum admodum parva mora illa sit, censetur eadem mortaliter occasione infirmorum, sic expeditius cum decentia consumuntur illæ sacræ reliquæ.

44. Octavo, huc item reduci potest quando Sacerdos post consecrationem unius vel utriusque speciei repentinè moritur, vel Sacrificium profectui non potest: Tunc enim, si non adit alius Sacerdos jejunus, debet à non jejuno perficere Sacrificium. Ita rubric. Missal. de defunctis. recurritus n. 3. Sag. 3. Eccl. præc. lib. 3. c. 5. n. 17. & passim Doctores. Nam id expostit reverentia tanto Sacrificio debita, ut nimirum imperfectum non relinquantur.

45. Si Sacerdoti iniiceretur mortis metus cadens in contemptum vitium, si non jejunus celebrat, idque non in contemptum Religionis, sed v. g. ut alij audirent Missam, potest is Sacerdos sic celebrare. Sic Ochagavia de Sac. tr. 2. q. 1. 2. n. 15. Ratio est, quia ex una parte non cum tanto dispendio obligant præcepta humana: de alia huius, de quo loquimur, violatio non videtur, ne implicite quidem, involvere talem irreverentiam, ut timeatur de aliquo virtuali contemptu. Sic Delugo de Euch. disp. 15. sect. 2. n. 55. Nam si esset in contemptum, nullo pacto profectio liceret: quia tunc esset intrinsece malum, & ex nullo timore vel mali, vel mortis admittendum.

46. Denique si petas, quisnam dispensare possit in simili modo præcepto jejunii naturalis ante Communionem: Respondeo, solum Summum Pontificem, ex communis Doctorum sententia: qui tam n. de facto, ut ad-